



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

57. Quis lucratus est Iubilæum Messanæ, postea negotiandi causa Panormum venit, ubi Iubilæum celebratur, quæritur, an possit illud lucrari, & Confessarius à peccatis reservatis de novo incursis illum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

sequitur excluso, vt nequeat duabus vicibus quis indulgentiam lucrari, si opera faciat. Hæc ille. Et ita stante probabilitate huius opinionis, ad nihil obligauit supradictum confessarium, qui in secunda hebdomada Iubilæi absoluerat alia vice illum penitentem.

RESOL. LVI.

An qui lucratus est Iubilæum in prima hebdomada, iterum in secunda hebdomada possit illud lucrari? Ex part. 5. tr. 12. Ref. 28.

Quæ hic est Ref. antecedens, & in aliis eius not.

§. 1. **N**egatiuè respondent Doctores, quos ego citauit in 2. part. tr. 17. resol. 49. quibus nunc addo Portel in *dub. Regular. vov. Indulgentia, num. 16.* Faustum in *Theol. rel. lib. 4. q. 61.* & ita hanc sententiam declaratæ factam Cardinalium Congregationem testatur Fillucius tom. 1. tract. 8. cap. 10. n. 261. vbi sic ait. Aduerte tamen hoc mensè Maio anno 1620. declarasse sacram Congregationem Concilij tantum semel acquiri Indulgentiam per Iubilæum, & semel tantum à casibus absolui quempiam posse; quare huic declarationi standum erit.

2. Cui ego, vt par est, omni cum reuerentia starem, si mihi constaret talem declarationem verè emanasse à sacra Congregatione, sed quia de illa non constat authenticè, puto posse interim penitentes & Confessarios in praxi affirmatiuam sententiam sequi cum Doctoribus, quos ego ipse vbi supra citauit, quibus nunc addo Benzonium de *Iubilæo, lib. 5. cap. 15. dub. 23.* Zerolam de *Iubilæo, lib. 1. c. 16. q. 20.* Sanctarellum de *Iubilæo, c. 5. dub. 4.* Lauorium de *Iubilæo, p. 1. cap. 21. n. 65.* Leonem de *Iubilæo, part. 2. n. 183.* Fernandez in *medulla p. 3. cap. 7. §. 8. numero 4.* & nostrum Naldum in *summ. ver. Indulgentia, numero 4. & 5.* cum Florono de *casibus referuatis, part. 1. capit. 6. §. 5. numero 2.*

RESOL. LVII.

Qui lucratus est Iubilæum Messana, postea negociandi causa Panormum venit, vbi Iubilæum celebratur; queritur, an possit illud lucrari, & Confessarius à peccatis referuatis de nouo incurris illum possit absoluerè?

Et docetur Sacram Congregationem respondisse semel tantum sumi posse Iubilæum tam in anno Sancto quam in alijs.

Et notatur, quod, qui tempore, quo fuit publicatum Iubilæum in sua Patria, & ex aliqua ignorantia inuincibile non habuit notitiam illius, poterit illo tempore transacto, lucrari inter duas hebdomadas à die notitiæ.

Idem dicendum est de illo, qui Feria sexta vel Sabbato habuit notitiam de Iubilæo. Ex p. 3. tract. 4. Ref. 150. alias 151.

§. 1. **H**ic casus frequenter potest accidere, & non ita facile apud auctores inuenies. Noster Alphonfus Leone in *tract. de Iubilæo part. 2. quæst. 17. num. 196.* affirmatiuam sententiam docet, & potest probari hæc opinio; quia multi asserunt posse duabus hebdomadibus lucrari Iubilæum ab eodem, vt docent Floronus de *casu referuati part. 1. cap. 6. §. 5. numero 2.* Reginaldus in *praxi tom. 1. lib. 8. cap. 5. sect. 2. numero 65.* Henriquez lib. 6. cap. 6. numero 3. Fernandez in *exam Theol. moral. p. 3. cap. 7. §. 8. numero 4.* Zanardus in *direct. Confess. part. 1. de Sacram. Penit. cap. 21. quæst. 30.* Naldus

Sup. hoc in duabus precedentibus Ref. & in alijs eorum notationum.

in *summ. ver. indulgentia, num. 4.* & alij penes ipsos. Ergo, &c.

2. Non reticebo tamen Fillucium tom. 1. tract. 8. cap. 10. num. 178. adnotare Clementem VII. rogatum, respondisse semel tantum sumi posse Iubilæum tam in anno Sancto quam in alijs. Et ita respondisse factam Cardinalium Congregationem, de hoc interrogatum testatur idem Fillucius num. 261. quod antea docuerant multi Doctores, vt Sanch. in *summ. tom. 1. lib. 4. cap. 54. numero 30.* Suar. de *relij. tom. 2. lib. 6. cap. 16. numero 17.* Portel. in *addit. ad dubia Reg. ver. Iubilæum, num. 10.* Benzonius de *Iubilæo lib. 5. cap. 15. dub. 23.*

3. Verum certum est, quod si quispiam dum in patria versabatur, Iubilæum lucrari neglexerit, elapsi verò duabus hebdomadibus aliò pergat, vbi Iubilæum durat, illud, omnia requisita in Bulla exequendo & adimplendo, consequi poterit. Ita Sanctarellum de *Iubilæo, cap. 7. dub. 1.* Vgolinus de *potest. Episcop. cap. 4. §. 4. num. 5.*

4. Notandum est etiam hic obiter, quod qui tempore, quo fuit publicatum Iubilæum in sua patria, ex aliqua ignorantia inuincibili non habuit notitiam illius, poterit illo tempore transacto lucrari inter duas hebdomadas à die notitiæ. Ita Bottenus in observationibus Iubilæi Sixti V. fol. 131. Et idem dicendum est de illo qui feria sexta, vel Sabbato habuit notitiam de Iubilæo, vel cum isto Confessarius committeret in alia opera ieiunia prætermissa, & illum absoluat, & communionem sumere faciat in illa hebdomada non transacta.

RESOL. LVIII.

Plausibilis est Confessarijs illa questio. An qui voluit voti, vel ex obliuione tempore Iubilæi non petijt commutationem alicuius voti, possit inde post transactum Iubilæum, etiam post multos annos eandem commutationem obtinere?

Supponimus omnia opera præscripta fecisse, & Iubilæum consequutum fuisse.

Idem est de dispensatione in irregularitate, & de relijs in Iubilæo concessis. Ex part. 2. tr. 16. & Milc. Ref. 9. alias 11.

§. 1. **N**egantem sententiam amplexus est Regius in *sum. resol. cas. 21. per totum*, qui citat Bezem & Graffium, idem docet Suarez de *Relig. tom. 2. lib. 6. c. 6. n. 14. & 15.* Bonac. *tract. de legibus, disp. 4. quæst. 2. punct. 7. §. 3. n. 14.* & nouissimè Fillucium *q. 2. mor. tom. 2. tr. 26. c. 10. n. 302.* Et ratio est, quia sacerdos qui eret iurisdictione, non potest dispensare, & commutare vota, sed confessarius transacto Iubilæo, caret iurisdictione, cum illa facultas absoluedi, dispensandi & commutandi sit alligata tempore quindecim dierum. Ergo &c. Nec valet exemplum de peccatis obliuatis, de quibus postea transacto Iubilæo potest quis absolutionem obtinere, nam est disparitas inter vota, & peccata referuata obliuata; hæc enim si habeant amerciam censuram, per absolutionem generaliter tollitur censura, si non habeant, tollitur saltem referuatio quia absoluntur indirecte, hoc ipso, quod per obliuionem non fuerint confessi.

2. Sed ego contrariam opinionem, etiam probabilem, & tutam in praxi esse existimo. Et illam tuetur Henriquez in *sum. lib. 7. de indulgent. cap. 11. num. 4.* Serrus in *Clauis Regia lib. 6. cap. 12. numero 17.* & alij quos citat, & sequitur Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 4. cap. 44. num. 39. & 40.* Nam, quamuis opera in Iubilæo præscripta, ad eius executionem alligentur tempore designato